



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXXXI. De Impugnatione Castri Colayne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XIII. Mag. Prov. in Prussia.

ædificia, & segetes cremavit, paucos Christianos occidit & modicam prædam deduxit, quia fratres adventum suum longo tempore præsriverunt; Et cum sic pertransivisset dictam terram à fine usq; ad finem fere per XIV. dies, iter arripuit redeundi. Non tam
men sine suorum gravi interitu, qui præter alios multos occisos Frater (a) Henricus de Dobia cum quibusdam armigeris (b) LXXX. Lethovinos interfecit.

Conradus (c) de Feuchtwangen
hujus incliti Ordinis Magister
Decimus sedis annis VII. Vir ma-
gni meritis, qui multos habuit ex
Ducibus & Baronibus Carnales
amicos. Ob hoc Ordo multas ba-
buit ex magnatibus prærogatis
Prage, diem suum ultimum obiit
& in Drogowitz castro sepulta
tus est.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Advocatum hunc fuisse Sambiae, dicit Auctor Chronicus antiqui Germ. M. S. in 4.
(b) Idem auctor Chron. Germ. M. S. dicit, CC. Lithyanos tum fuisse occisos.
(c) Synchronismum hunc non habet Dusburgius; quoniam tamen hunc Magistrum Generalem agnoscit, ut infra ex cap. 259. apparet, ubi ejus fit mentio; idcirco defectum supplere voluimus ex Chronicis cuiusdam Anonymi Latino sermone sub Friderico Magistro Prussia scripto.

CAP. CCXXXI.

De

Impugnatione Castri Colayne.

ANNO Domini MCCXC. in die B. Gregorii Martyris Fr. Meneko Mag. cum quingentis equitibus & duobus milibus peditum castrum Colayne acriter impugnavit. In hoc

Anno Domini MCCXC. in die Po-
tentiane Virginis i. e. XIV. Kalen-
das Junii civitas Achonensis à Sol-
dano destruta est, captis & occisis
Christianis infinitis.

Ca-

NOTA.

Quod circa annum Domini Sex-
centorum



CHRONICI PRUSSIÆ.

33

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XIII. Mag. Provinc. in Prussia

cencesum eo tempore, quo Machometus moriebatur Eraclius Imperator in bello procedens contra Kosdræ Regem Persarum devicit, & partem ligni Dominici, quam de templo Domini tulerat, reportavit, Ecclesias DEI & terram Sanctam, quam destruxerat reparavit.

DE STATU TERRÆ SANCTÆ.

Non longè post recessum Heraclii Imperatoris de terra S. quidam nomine Homar, Princeps Arabum, qui tertius successor fuit Regni Mahometi, terram S. ingressus hostiliter occupavit, & sic Christiani in Civitatem S. Jerusalem & in partibus adjacentibus commorantes per CCCXC. annos perpetui sunt jugum durissimum infidelium, & crudelium Domorum. Tandem Dominus cum diu iratus fuisset, recordatus misericordiae sue, videns afflictionem populi sui, cuidam pauperi & religioso homini de regno Francie in Ambiensi Episcopatu vitam Eremiticam agenti, qui dicebatur Petrus Eremita, inspiravit, ut sepulcrum Domini & loca terræ Sanctæ visitaret. Qui cum venisset ad S. civitatem videns loca Sancta ab impiis irreverenter tractari, virum etiam Venerabilem Simonem Civitatis Patriarcham unum subditis suis tanquam vile mancipium cum omni abjectione innume-

Castro fuit Sarminus Capitanus, & erant cum eo CXX. viri bellicosi, qui viriliter fratribus restiterunt; Tandem omnes Castrenses præter XII. fuerunt lethaliter vulnerati, sic quod sanguis de moeniis fluxit, sicut aqua pluvia inundantis, & cum esset circa crepusculum, quingenti Equites fratrum qui inter terram Lethovviæ & dictum castrum erant ad custodiadim deputati, fatigati ex longa exspectatione, reversi cum magno strepitu & fragore, terroruerunt communem populum, qui aestimans eos esse inimicos fugit ad naves; Fratres autem, licet ad hoc saepius nitentur, non poterant tamen ipsos aliqualiter revocare. Unde à dicta impugnatione recesserunt. Surminus autem Capitanus non longè postea dictum Castrum desolatum reliquit. Jurans per Deorum potentiam quod nunquam impugnationem fratrum in aliquo Castro de cetero exspectaret.

ris

Rr

CAP.



Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Tent.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.

ris oppressionibus affligi, sicut erat. Vir Sanctus, & valde compatiens, & super afflictos pia gestans viscera, caput dolere vehementer, & contristari, & variis modis secum anxius cogitare, si quo modo posset afflictis subvenire. Cum autem quadam nocte in Ecclesia Dominicæ Resurrectionis in Orationibus Domino supplicans pernoctaret, longo vigilarum labore fatigatus, supra pavimentum Ecclesie inciperet paululum obdormire, Dominus noster Jesus Christus apparuit ei in somnis injungens ei legationem ad Dominum Papam & ad Principes occidentales, pro liberatione terre Sanctæ. Ipse vero divina revelatione confortatus & Zelo civitatis succensus, cum literis predicti Patriarche Simeonis & aliorum fidelium Hierosolymæ commorantium primo Dn. Papam Urbanum II. petiit, à quo benignè suscepitus, Italiam transcurrent, & Alpes transiens, tam Principes Orientales, quam occidentales, quam inferiorem populum solicite admonendo, & variis exhortationibus, sicut erat vir prudens & potens in opere & sermone, multorum animos ad suscipiendum peregrinationis Hierosolymæ laborem inclinavit, Domino cooperante, & legati sui sermonibus copiosam gratiam largiente. Non multo tempore post Dominus Papa Urbanus predictum Petrum in Gallias seculus, convocato concilio generali, calamitates & oppressiones fidelium in terra sancta commorantium, & tam Dominicum sepulcrum quam alias sancta loca ab mundis canibus consultata & profanata diligenter exposuit omnibus, quos Spiritus S. adulterium injuriarum crucifixi & ad terræ sanctæ liberationem incitaret in remissionem omnium peccatorum, tam Sanctam & placitam peregrinationem injungens. Semen autem Verbi Dei cecidit in terram bonam & fertilem, & fecit fructum multum, sic quod multi Episcopi, Prelati Ecclesiarum, Principes, Duces, Comites, Barones & Nobiles, & alii signo salutifero Crucis humeris suis affixo sese voto peregrinationis Domino obligarunt. Anno ergo Domini MXCVI. predictus Petrus cum cruce signatis & multitudine copiosa Teutonicorum mare transiens Hellespontum civitatem, quæ hodie Brachium S. Georgii dicitur, urbem etiam Antiochenam & civitatem S. Jerusalem, & procedente tempore per alios peregrinos advenientes infinitas & quasi inexpugnabiles civitates & Castra ceperunt, de manibus infidelium liberantes. Sic quod in Civitate S. Jerusalem Patriarcha fuerat institutus, qui sub se habuit IV. Archiepiscopos scilicet Tirensem cum quatuor suffraganeis, Cesariensem cum uno; Nazarenum cum uno; & Petracensem cum uno suffraganeo: Ecclesiæ collegiate, Monasteria Regulare

larium

CHRONICI PRUSSIÆ.

315

Conradus de Feuchivangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.

Meneke de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.

larium, Canobia Monachorum, Oratoria Eremitarum, Claustra sanctimoniū fuerant multa animis. Rex fuit & Jerusalem, qui sub se habuit mulcos Principes, Comites & Dominos; Ecce quis enumerare sufficeret mira & magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, quæ in materiam laudis sue & in usum necessitatis nostræ creavit. Vedit DEUS cuncta quæ fecerat, & erant valde bona & nihil odit eorum, quæ fecit; Solum peccatum, quod nihil est, odit, persequitur & destruit, unde cum sex diebus solo verbo cuncta creavit annis plus quam XXXIII. ad destruendum peccatum in mundo laboravit. Hoc solum est, quod ei displicet, quod oculos maiestatis ejus offendit, quod ipsum mitem & suavem nobis asperum reddit: Hoc est quod de Angelo Diabolum fecit; de amico inimicum de libero servum, de incorrupto mortalem & corruptum, de beato misserum, & de Cive exulem & ejectum, de filiis Dei filios Diaboli, hoc est quod nunquam impunitum relinquit. Unde peccatis impiorum hominum exigentibus quæ terram sive multis modis sceleribus sordidabant, & ipsum provocabant, conversus est in crudelē, qui natura bonignus est & suavis. Unde facti sunt in derisum vicinis suis, & inimici eorum subsannaverunt eos. Citbara eorum versa est in luctum, & fortitudo eorum redacta est in favillam, facta est quasi vidua Domina gentium, Princeps Provinciarum facta est sub tributo. Adeo enim conclusit Dominus in gladio populum suum, & hereditatem suam sprevit. Adeo facti sunt inimici eorum in capite, ut & ipsi in caudam, quod non solum terram Promissionis, sed omnes ferè regiones, Civitates & munitiones ab introitu terra Ægypti usque ad Mesopotamiam, itinere plus quam viginti dierum, inimici eorum violenter abstulerunt, præter alias multas Civitates & munitiones maritimæ. Postea multi Reges & Principes cum innumera multitudine armatorum venientes terram sanctam recuperarunt, & recuperatam iterum perdiderunt, sic quod Anno Domini MCCL. incœpit sensibiliter deficere, quo usque anno ejusdem Domini MCCXC. Civitas Achonenfis, quæ sola supererat à paganis funditus est destrutta. Causa destructionis hujus Civitatis fuit duplex. Prima diversitas Dominorum qui in defensione ipsius discordabant. Secunda, quod cruce signati, quos Dominus Papa misit in subsidium, erant sine capite & rebelles & treugas continuè infringebant.

Quærimonia desolationis terræ sanctæ.

Sic ergo tuo Sancta terra Promissionis Deo amabilis & Angelis sanctis

Rr. 2

vene-



Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XIII. Mag. Prov. in Prussia.

venerabilis & universo mundo admirabilia, adeo electa & praelata nec te potentia sua visibiliter illustraret & in te liberationis nostra sacramenta ministrando genus humanum redimeret posita est, desolata & more consumpta. Fatus est Dominus inimicus, precipitavit omnia marina tua, dissipavit munitiones tuas, dissipavit quasi ortum, tentorium tuum, demolitus est tabernaculum tuum, oblivioni tradidit festivitates & sabbatum in opprobrium, in indignatione furoris Regem & Sacerdotes. Omnes persecutores tui apprehenderunt te inter angustias, plorans ergo plorasti in nocte & lacrymae in maxillis tuis, nec est qui consoletur te ex omnibus caris tuis.

Exhortatio terrae S. ad Christianos pro liberatione sua.

*A*udite, obsecro universi populi Christiani & videte dolorem desolationis meæ recordamini quid acciderit mihi, intuemini & respicite opprobrium meum, apprehendite arma & scutum & exsurgite in adiutorium mibi, effundite flameam & concludite adversus eos, qui me persequuntur, eripite me pauperem & desolatum & de peccatorum manibus liberate.

CAP. CCXXXII.

De

Morte fratris Ernekonis Comendatoris de Raganita.

Eodem anno circa ascensionem Domini Fr. (a) Erneko Comendator de Raganita, ad mandatum Magistri, profectus est navigio versus Lethoviam volens aliquas novitates experiri, & erant cum eo frater Johannes de Wienna & XXV. armigeri. Hic cum transiret castrum (b) Colaynum praedictum, Surminus Castellanus ibidem vocatis ad se Castrensis, tractavit cum eis, quomodo posset fratres decipere, & præpositis multis deceptionis modis, tandem omnium in hoc resedit consilium, ut unus ex eis, qui lingvam sciret Polonicam, indutus vestibus mulieribus staret ad littus Memelæ, dum transirent, & rogaret, ut eum ad navem